



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXXVI. Markgraf Ludwig verleiht seinem Kämmerer Heinrich Ursel sechs Hufen im Felde des Städtchens Nienburg, am 7. April 1336.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XXXVI. Markgraf Ludwig verleiht seinem Kämmerer Heinrich Urfel sechs Hufen im Felde des Städtchens Nienburg, am 7. April 1336.

Anno eodem in arneburg, dominica quasimodogeniti, contulimus heinrico Urfel, camerario nostro dilecto, propter fidelitatis et obsequiorum cum eo conperta merita, sex mansos in campis opidi dicti nyenborch sitos cum omni iure, gracia, honore, commodo et libertate, sicut ipsos strenuus uir C. de pinnowe beate memorie, per cuius decessum ad nos legitime deuoluti sunt, possedit et tenuit, perpetue quiete et pacifice possidendos. Quam quidem collacionis nostre gracionem ad suos heredes legitimos, si quos procreauerit, tenore presencium duximus extendendam. In cuius etc.

Leipz. Copialbuch der Vogtei Landsberg fol. 25, No. XVI.

XXXVII. Markgraf Ludwig überträgt die Tutel über Nikolaus und Henning von Rowedel an Henning, Eckard und Heinrich Rowedel, am 30. April 1336.

Anno M^o. CCC^o. XXX^o. sexto in Berlin in vigilia b. Walpurgis, Commisimus tutelam et administrationem honorum Henningi de Rowedel, uidelicet Nycolai et Henningi ad XVIII frusta se extendentem annuorum reddituum in villa Klukim sitorum, nostro tamen iure saluo, strenuis uiris Henningo, Eckhardo et Heinrico dictis Rowedel, dictorum puerorum patris, sic quod secundum debitam perceptorum computationem pueris prenotatis, quousque ad debitum sue etatis peruenerint, preesse debeant, possint pariter et prodesse. Pro qua quidem commissione ipsi nobis XVI marcas argenti Brandenburgensis erogauerant, de quibus ipsos quitos dicimus presentibus et solutos.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XXXVIII. Markgraf Ludwig belehnt die Gebrüder von Gústebiese mit Besitzungen zu Gústebiese und Lugin, am 18. Juli 1336.

Anno domini Millesimo Tricentesimo tricesimo Sexto, quinta feria proxima post Margarete virginis. Ludouicus etc., Contulimus et presentibus conferimus strenuis uiris Tydekoni, Henningo, Petro et Johanni, fratribus, dictis de Gústebis, dilectis nostris fidelibus, eorumque ueris heredibus medietatem ville dicte Lutzin et quartam partem ville dicte Gústebis cum singulis et vniuersis ipsarum pertinentiis ex antiquo vel de iure eisdem pertinentibus, sub modis forma